ex deo. Pulsate. tangite uasa fictilia. ne forte crepuerint.
et male resonent. Videte si integra sonant. uidete si ē ibi
caritas. Tollis te ab unitate orbis t̄rarū. diuidis ecc̄lam per
scismata. dilanias corpꝰ xp̄. Ille uenit in carne ut colligat. tu
ido clamas ut spargas. Ergo ipse ē sp̄c dī q̇ dic̄ ih̄m ī carne
uenisse. q̇ dic̄ ñ lingua s; factis. q̇ dic̄ ñ sonando. s; aman
do. Ille aūt ñ ē sp̄c dī. q̇ negat ih̄m in carne uenisse. Negat
et ipse ñ lingua s; uita. ñ ūbis s; factis. Manifestū ē g̊ un̄
agnoscamꝰ frs̄. Multi intꝰ q̄si intꝰ. nemo aūt foris. ñ uere
foris. Adeo ut noueritis q̇a ad facta retulit. et omīs sp̄c aūt
q̇ soluit xp̄m in carne uenisse. ñ ē ex deo. Soluere factis in

telligitur. Qui aut ostendit quod negatur. quia dixit soluit. Ille uenit colligere. tu uenis soluere. Distringere uis membra Christi. Quomodo non negas Christum in carne uenisse. qui dirumpis ecclesiam quam ille congregauit. Contra Christum ergo uenis. antichristus es. Intus sis foris sis. antichristus es. Sed quando intus es lates. quando foris es manifestaris. Soluis Ihesum Christum. et negas eum in carne uenisse. non es ex deo. Ideo dicit in euangelio. Qui soluerit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic. minimus uocabitur in regno celorum. Quid est soluere. Quid est docere. Soluit factis. et docet quasi uerbis. Qui predicas non furandum furaris. Soluit ergo in facto. quia furatur. et quasi docet sic. Minimus uocabitur in regno celorum. id est in ecclesia huius temporis. De illo dictum est. Que dicunt facite. que autem faciunt facere nolite. Qui autem fecerit et sic docuerit. magnus uocabitur in regno celorum. Ex eo quod dixit hic fecit contra hoc ibi dixit soluerit. id est non fecit et docuerit sic. Ille ergo soluit. qui non facit. Quid nos docet. nisi ut facta interrogemus. non uerba credamus. Obscuritas uerum multa nos cogit dicere. maxime ut illud quod dominus reuelare dignatur etiam ad tardiores fratres perueniat. quia omnes Christi sanguine comparati sunt. Et uereor ne ipsa epistola istis diebus sicut promiseram non finiatur. Sed quod domino placet. Melius est seruare reliquias. quam onerare corda nimio cibo. Explicit sermo sextus. Incipit septimus.

ab eo quod scriptum est. Iam uos ex deo estis filioli. et uicistis eum. usque ad id. et misit filium suum liberatorem pro peccatis nostris. et cetera.

Mundus iste omnibus fidelibus querentibus patriam sic est. quomodo fuit heremus populo Israel. Errabant quidem adhuc et patriam querebant. sed duce errare non poterant. Via illis fuit iussio dei. Nam ubi per xl annos circuierunt. paucissimis mansionibus conficeretur iter ipsum. et notum est omnibus. Tardabantur quia exer

cebant. non quia deserebant. Quod autem nobis promittit deus. ineffabilis est dul-
cedo. et bonum est sicut scriptura dicit. Et sepe nobis commemorantibus au-
distis. quod oculus non vidit. nec auris audivit. nec in cor hominis ascen-
.A. dit. Laboribus autem temporalibus exercemur. temptationibus vite presentis
erudimur. Sed si non vultis in ista heremo siti mori. bibite caritatem.
Fons est quem voluit dominus hic ponere. ne deficiamus in via. et habun-
dantius eum bibemus. cum ad patriam venerimus. Modo evangelium lectum
est. Ut de ipsis verbis quibus lectio terminata est dicam. quid aliud nisi de
caritate audistis. quandoquidem pactum fecimus cum domino nostro in oratione.
ut si volumus dimittat nobis peccata nostra. dimittamus nos peccata.
que in nobis fuerint commissa. Non autem dimittit nisi caritas. Tolle
caritatem de corde. odium tenet. ignoscere non novit. Sit ibi caritas.
secura ignoscit. que non angustatur. Epistola autem ista tota. quam suscepimus
tractandam vobiscum. videte si aliud aliquid commendat quam ipsam u-
nam caritatem. Nec timendum est. ne sepe dicendo in odium veniat.
Quid enim amatur. si caritas in odium venit. Quia fit caritate ut cetera
bona amentur. ipsa quomodo amanda est. Res ergo que numquam debet de cor-
de discedere. nec ab ore discedat. Iam vos inquit ex deo estis filioli.
et vicistis eum. Quem. nisi antichristum. Supra enim dixerat. omnis qui solvit
.B. Iesum Christum et negat eum in carne venisse. non est ex deo. Exposuimus
autem si meministis. quia omnes negant Iesum Christum in carne venisse.
qui violant caritatem. Huc enim non opus erat ut veniret. nisi propter carita-
tem. Caritas enim nobis illa commendatur. quam et ipse in evangelio commendat.
Maiorem hac dilectionem nemo habet. quam ut animam suam ponat quis pro
amicis suis. Quomodo poterat filius dei animam suam ponere pro nobis. nisi
carnem indueret. ubi mori posset. Quisquis ergo violat caritatem. quod-
libet dicat de lingua. vita ipsius negat Christum in carne venisse.
et iste est antichristus ubicumque fuerit. quocumque intraverit. Sed quid dicit eis.

qui ciues sunt illius patrie cui suspiramus. Vicistis eum. Et tamen unde uicerit? Quia
maior est qui in uobis est, quam qui in hoc mundo. Ne uictoriam sibi uiri .C.
tribuerent, et arrogantia superbie uincerentur, quemcumque enim dia
bolus superbum fecerit uincet, uolens eos seruare humilitatem quid ait?
Vicistis eum. Iam omnis homo qui audit uicisti, erigit caput, erigit cer
uicem, laudari se uult. Noli te extollere, uide quis in te uincit.
Quare uicisti? Quia maior est qui est in uobis, quam qui in hoc mundo.
Ergo humilis porta dominum tuum, esto iumentum sessoris tui. Bonum
tibi est ut ipse te regat, et ipse te ducat. Nam si ipsum sessorem non ha
bueris, ceruicem erigere potes, calces potes mittere, sed ue tibi sine
rectore, quia libertas ista in bestias te mittet comedendum. Hi
de mundo sunt. Qui? Antichristi. Iam audistis qui sint. Et si non estis, cog
noscitis eos. Quisquis autem hoc est, non cognoscit eos. Hi de mundo sunt.
ideo de mundo locuntur, et mundus eos audit. Qui sunt qui de mundo
locuntur? Attendite. Qui claudunt oclos contra caritatem. Ecce au .D.
distis dominum dicentem. Si dimiseritis peccata hominibus, dimittet
et uobis pater uester celestis peccata uestra. Si autem non dimiseritis, nec pa
ter uester dimittet uobis peccata uestra. Sententia est ueritatis. Aut si
non ueritas loquitur, contra dic. Si christianus es, et in Christum credis.
Si christianus es, et Christo credis. Ipse dixit. Ego sum ueritas. Senten
tia ista uera est, firma est. Iam audis homines de mundo loquentes, et
non te uindicaturus es, et dicturus est ille quia fecit tibi. Immo sentiat
quia cum uiro habet causam. Cotidie dicuntur ista, de mundo locuntur
qui ista dicunt, et mundus eos audit. Nec dicunt ista nisi qui diligunt mun
dum, neque audiuntur ista nisi ab his qui diligunt mundum. Et qui dili
git mundum et negligit caritatem, audistis quia negat Ihesum
in carne uenisse. Aut si fecit illud in carne ipse dominus, si
cum expalmaretur uoluit se uindicari, si cum in cruce pen

deret. non dixit. pater ignosce illis. quia nesciunt quid faciunt. Si autem
ista fecit qui potestatem habebat. tu quid minaris. quid sufflas in potesta
te aliena constitutus. Ille quia voluit mortuus est. et non minabatur. tu
nescis quando moriaris. et minaris. Nos ex deo sumus. Videamus quare.
Videte si propter aliud quam propter caritatem. Nos ex deo sumus. Qui novit deum
audit nos. qui non est ex deo non nos audit. Ex hoc cognoscimus spiritum verita
tis et erroris. quia qui audit nos spiritum habet veritatis. qui non nos audit
spiritum habet erroris. Videamus quid monet. et audiamus eum potius in spiritu
veritatis monentem. non antichristos. non amatores mundi. non mundum.
Si ex deo nati sumus dilectissimi. Sequitur supra. Videte quid. Nos ex
deo sumus. Qui novit deum audit nos. qui non est ex deo non nos audit. Ex
hoc cognoscitur spiritus veritatis. et erroris. Iam ergo intentos nos fecit.
quia qui novit deum ipse audit. qui autem non audit non novit. Et haec dis
E cretio est. spiritus veritatis et erroris. Videamus quid moniturus est. in quo illum
audire debeamus. Dilectissimi. diligamus invicem. Quare. Quia homo
monet. quia dilectio ex deo est. Multum commendavit dilectionem. quia
dixit ex deo est. Plus dicturus est. Intente audiamus. Modo dixit dilectio
ex deo est. et omnis qui diligit ex deo natus est. et cognovit deum. Qui
non diligit. non cognovit deum. Quare. Quia deus dilectio est. Quid amplius
dici potuit fratres. Si nil de laude dilectionis diceretur per istas omnes
paginas istius epistolae. si nichil omnino per ceteras paginas scripturarum.
et hoc solum unum audiremus de voce spiritus dei. quia deus dilectio est. nichil
amplius quaerere deberemus. Iam videte quia facere contra dilectionem. fa
cere contra deum est. Nemo dicat in hominem pecco. quando non diligo fra
f trem meum. Intendite et facile est peccatum in homine. in deum solum
non peccet. Quomodo non peccas in deum. quando in dilectionem peccas. Deus
dilectio est. Numquid nos dicimus. Si nos diceremus deus dilec
tio est. forte scandalizaretur aliquis ex vobis. et diceret. Quid dixit.

quid uoluit dicere. quia deus dilectio est. Dedit dilectionem deus. donauit
dilectionem deus. ex deo est dilectio. Deus dilectio est. Ecce habetis scripturas
fratres. scripturas dei. Canonica est ista epistola. Per omnes gentes recitatur. orbis
terrae auctoritate tenetur. orbem terrarum ipsa edificauit. Audis hic
ab spiritu dei. deus dilectio est. Iam si audes fac contra deum. et noli dili
gere fratrem tuum. Quomodo ergo iam dudum dilectio ex deo est. et modo di
lectio deus est. Deus ex deo. Tenemus deus pater et filius et spiritus sanctus. Filius deus
ex deo. spiritus sanctus deus ex deo. Et hi tres unus deus. non tres dii. Si filius
deus. et spiritus sanctus deus. et ille diligit in quo habitat spiritus sanctus. ergo di
lectio deus est. sed deus quia ex deo. Utrumque enim habes in epistola. et dilecti
o ex deo est. et dilectio deus est. De solo patre scriptura non nouit di
cere. quia ex deo. Cum autem audis ex deo. aut filius intelligitur. aut
spiritus sanctus. Quia uero dicit apostolus. caritas dei diffusa est in cordibus
nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. intelligamus in dilectione
spiritum sanctum esse. Ipse est enim spiritus sanctus. quem non possunt accipere mali. ipse ·G·
est ille fons de quo ait scriptura. Fons aquae tuae sit tibi proprius. et nemo
alienus communicet tibi. Omnes enim qui non diligunt deum alieni sunt. antichristi
sunt. et quamuis intrent basilicas. non possunt numerari inter fili
os dei. non ad illos pertinet fons ille uitae. Habere baptismum.
et malus esse potest. habere prophetiam et malus esse potest. Inuenimus saulem
regem habuisse prophetiam. Persequebatur dauid sanctum. et impletus est spiritu
prophetiae. et prophetare coepit. Accipere sacramentum corporis et sanguinis
domini. et malus esse potest. Nam de talibus dictum est. Qui manducat
et bibit indigne. iudicium sibi manducat et bibit. Habere
nomen christi. et malus esse potest. id est christianus uocari. et malus esse potest.
d equibus dictum est. Polluebant nomen dei sui. Ergo habere sacramen
ta ista omnia et malus esse potest. habere autem caritatem. et malus esse H.
non potest. Hoc est ergo proprium donum. ipse est singularis fons. Ad hunc

bibendū. uos hortat᷑ sp̄c dī. Ad se bibendū uos hortat᷑ sp̄c dei.
.I. In hoc manifestata ē dilectio dī in uobis. Ecce ut diligam᷒ deū.
hortationē habem᷒. Possem᷒ illū diligere. n̄ p̄or ipse dilige
ret. Si pigri eram᷒ ad amandū. n̄ sim᷒ pigri ad reclaman
dū. Prior amauit nos. nec sic nos amam᷒. Iniq̊s amauit.
s; iniq̄tates soluit. Iniq̊s amauit. s; n̄ ad iniq̄tatē congregauit.
Egrotos amauit. s; sanandos uisitauit. Ds̄ ḡ dilectio ē. In h̄
manifestata ē dilectio dī ī nobis. q̄a filiū suū unigenitū
misit in hc̄ mundū. ut uiuam᷒ p̄ ipsū. q̊m̊ ipse dn̄s ait.
Maiorē dilectionē nemo pot̄ habere. quā ut animā suā ponat
p̄ amicis suis. Et ibi p̄bata ē dilectio xp̄i in nos. q̄a mortuus
ē p̄ nobis. Dilectio patr̄s ubi p̄bata ē in nobis. Q̄a filiū suū
unigenitū misit [illegible] mori p̄ nobis. Sic et paul᷒ ap̄ls dic̄.
.k. Q̄ p̄p̄rio filio n̄ pepercit. s; p̄ nobis oīb᷒ tradidit illū. Quom̊ ḡ
n̄ et cū illo oīa nobis donauit. Ecce xp̄m tradidit pater.
et tradidit iudas. Nunq̄d n̄ simile factū uidet᷑. Traditor
iudas. Ergo traditor ē et ds̄ pat̄. Absit inq̄s. Non dico. s; ap̄ls
dic̄. Q̄ p̄p̄rio filio n̄ pepercit. s; p̄ nobis omib᷒ tradidit illū. Q̄
pat̄ illū tradidit. et ipse se tradidit. ait idē ap̄ls. Q̄ me di
lexit. et tradidit semetipsū p̄ me. Si pat̄ tradidit filiū. et
tradidit seipsū fili᷒. iudas q̄d fecit. Facta ē traditio á pa
tre. facta ē traditio á filio. facta ē traditio á iuda. Una
res facta ē. S; q̄ res discernit patrē tradentē filiū. se ip̄m
filiū tradentē. et iudā discipl̄m tradentē magistrū suū.
Q̄a hoc fecit pat̄ et fili᷒ in caritate. fec̄ aut̄ hoc iudas in p̄diti
one. Videtis q̄a n̄ q̄d faciat homo considerandū ē. s; q̊ a
nimo et uoluntate faciat. In eodē facto inuenim᷒ deū pa
trē. in q̊ inuenim᷒ iudā. Patrē benedicim᷒. iudā detestam᷒.

Quare patrem benedicimus, iudam detestamur. Benedicimus caritatem, de
testamur iniquitatem. Quantum enim praestitum est generi humano tradito christo.
numquid hoc cogitavit iudas ut traderet. Deus cogitavit salutem nostram I.
qua redempti sumus, iudas cogitavit pretium quo vendidit dominum. Filius
ipse cogitavit pretium quod dedit pro nobis, iudas cogitavit pretium quod
accepit ut venderet. Diversa ergo intentio diversa facta fecit. Cum sit
una res ex intentionibus diversis eam si metiamur, unum amandum, al
terum damnandum, unum glorificandum, alterum detestandum invenimus.
Tantum valet caritas. Videte quia sola discernit, videte quia fac
ta hominum sola distinguit. Hoc diximus in similibus factis. In
diversis factis invenimus saevientem hominem factum de caritate,
et blandum factum de iniquitate. Puerum caedit pater, et mango
blanditur. Si duas res proponas, plagas et blandimenta, quis non eli
gat blandimenta, et fugiat plagas. Si personas attendas, cari
tas caedit, blanditur iniquitas. Videte quid commendamus, quia non discer
nuntur hominum facta, nisi de radice caritatis. Nam multa fieri
possunt quae speciem habent bonam, et non procedunt de radice caritatis.
Habent enim et spinae flores. Quaedam vero videntur aspera, videntur tru
culenta, sed fiunt ad disciplinam dictante caritate. Semel ergo
breve praeceptum tibi praecipitur. Dilige, et quod vis fac. Sive taceas di
lectione tace, sive clames dilectione clama, sive emendes di
lectione emenda, sive parcas dilectione parce. Radix sit intus
dilectionis. Non potest de ista radice nisi bonum existere. In hoc
est dilectio. In hoc manifestata est dilectio dei in nobis, quia deus ·M·
filium suum misit unigenitum in hunc mundum, ut vivamus per
ipsum. In hoc est dilectio, non quia nos dileximus, sed quia ipse dilexit
nos. Non illum dileximus prius, nam ad hoc nos dilexit ut diligamus
eum, et misit filium suum litatorem pro peccatis nostris. Litatorem, sacri

ficatorē. Sacrificauit enī ꝓ peccatis nr̄is. Ubi inuenit hostiā.
V bi inuenit uictimā. quā purā uolebat offerre. Aliud n̄ inue
nit. seipsū optulit. Dilectissimi. si ita ds̄ dilexit nos. debem⁹
et nos inuicē diligere. Petre amas me. Et ille dixit. amo.
.P. P asce oues meas. Deū nemo uidit unquā. Res ē inuisibilis. Non
oclō. s; corde q̄rend⁹ ē. S; queadmodū si solē istū uidē uellem⁹.
oclm corporis purgarem⁹. un̄ uideri lux pot̄. uolentes uidē dn̄m.
oclm̄ q° ds̄ uideri pot̄ purgem⁹. Et ubi ē iste ocls. Audi euglm̄.
B eati mundo corde. qm̄ ipsi deū uidebūt. S; nemo sibi p concupis
centia oclorum cogitet deū. Fac̄ enī sibi aut ingentē formā. aut
magnitudinē aliquā inestimabilē distendit p loca. uelut lucē
istā quā uidet his oclis. auget p campos q̄ntū pot̄. aut fac̄ s
aliquē. q̄si uenerabilis forme senē. Nichil horum cogites. Est qd cogi
.Q. tes. Si uis uidē deū. ds̄ dilectio ē. Qualē faciē h̄t dilectio.
Q ualē formā h̄t. Q̄lē staturā h̄t. Quales pedes h̄t. Q̄les
man⁹ h̄t. Nemo pot̄ dicē. H̄t tn̄ pedes. nā ipsi ducunt
ad ecclam. Habet man⁹. nā ipse paupi porrigit. H̄t oclos.
nā un̄ intelligit ille q° eget. Beat⁹ q° intelligit sup egenū et
paupem. H̄t aures. de q̄b⁹ dn̄s dic̄. Q h̄t aures audiendi au
diat. Non sunt enī mēbra distincta p loca. s; intellectu to
tū simul uidet q° h̄t caritatē. Habita. et inhabitaberis.
M ane. et manebit in te. Qd enī fr̄s mei. Quis amet qd n̄ ui
det. Q̄r aut qn̄ laudat caritas erigimini. acclamatis lau
datis. Qd uobis ostendi. Aliquos colores ꝓtuli. Aurū et ar
gentū ꝓposui. Gemmas de thesauris effudi. Qd tale osten
di oclis ur̄is. Numquid facies mea inmutata ē dū loquor. Carnē
gero. in ipsa forma sū in q̄ ꝓcessi. In ipsa forma estis in q̄
uenistis. Laudat caritas. et clamatis. Certe nichil uidetis.

S; quomodo nobis placet quando laudatis: sic nobis placeat ut in corde serue
tis. Intendite enim quod dicam fratres. Exhortor uos quantum dat dominus. ad mag
num thesaurum. Si uobis ostenderetur aliquod uasculum anaclyphum. mau
ratum. opere factum. et hoc illiceret oculos uestros. et duceret in se
intentionem cordis uestri. et placeret uobis manus artificis. et pon
dus argenti. et splendor metalli. nonne unusquisque uestrum diceret o si ha
berem uasculum istud. Et sine causa diceretis. In potestate enim
uestra non erat. Aut si quisquam uellet habere: cogitaret illud de
domo aliena rapere. Laudatur caritas uobis. Si placet habere. pos
sidete eam. Non opus est ut furtum alicui faciatis. non opus est ut emere
cogitetis. Gratis constat. tenete eam. amplectimini eam. Dul
cius illa nichil est. Si cum commemoratur talis est. cum habetur qualis est.
Si ergo forte uultis seruare caritatem fratres. ante omnia ne pute
tis abiectam et desidiosam. nec quadam mansuetudine. immo non
mansuetudine sed remissione. et negligentia seruari ca
ritatem. Non sic seruatur. Non putes tunc te amare seruum tuum. P.
quando eum non cedis. aut tunc te amare filium tuum quando ei non das disci
plinam. aut tunc te amare uicinum tuum quando eum non corripis. Non
est ista caritas. sed languor. Ferueat caritas ad corripiendum.
et ad emendandum. Si sunt boni mores. delectent te. si mali. cor
rigantur. emendentur. Noli in homine amare errorem. sed homi
nem. Hominem enim deus fecit. errorem ipse homo fecit. Ama illud
quod deus fecit. noli amare illud quod ipse homo fecit. Cum illud amas.
illud tollis. cum illud diligis. illud emendas. Sed et si seuis ali
quando. propter correptionem dilectionis. Propterea per columbam demon
strata est caritas. que uenit super dominum. Species illa columbe in
[in specie] qua uenit spiritus sanctus. qui nobis caritas infunderetur. Quare hoc. Fel co
lumba non habet. tamen rostro et pennis pro nido pugnat. sine a

amaritudine seuit. Hoc facit et pater quando filium castigat; si ad disciplinam castigat. Sicut dixi, seductor ut uendat cum amaritudine blanditur; pater ut corrigat, sine felle castigat. Tales estote ad omnes. Videte fratres. Magnum documentum, magna regula. Unusquisque habet filios, aut habere uult. Aut si omnino decreuit filios non habere carnaliter, uel spiritaliter cupit habere. Quis est qui non corrigat filium suum? Quis est cui non det disciplinam pater? Et tamen seuire uidetur.

.a. Amor seuit, caritas seuit. Seuit quodammodo sine felle, more columbino non coruino. Unde uenit in mentem fratres mei dicere uobis, quia illi uiolatores caritatis scismata fecerunt. Quomodo oderunt ipsam caritatem, sic oderunt et columbam. Sed conuincit illos columba procedens de celo. Aperiuntur celi, et manet super caput domini. Ut quid hoc? Ut audiatur: hic est qui baptizat. Recedite predones, recedite inuasores possessionis Christi. In possessionibus uestris ubi dominari uultis, titulos potentis ausi estis infringere. Cognoscit ille titulos suos, uendicat sibi possessionem suam. Non delet titulos, sed intrat et possidet. Sic ad catholicam uenienti non delet baptismum, ne titulus imperatoris deleatur. Sed quid fit in catholica? Agnoscitur titulus, intrat sub titulis suis, qui intrabat predo sub titulis alienis.

Explicit sermo septimus. Incipit octauus, ab eo quod scriptum est deum nemo uidit unquam, usque ad id et qui manet in dilectione

.a. in deo manet, et deus in eo.

Dilectio dulce uerbum est, sed dulcius factum. Semper de illa loqui non possumus. Multa enim agimus, et diuerse actiones distendunt nos, ut non uacet lingue nostre semper de dilectione loqui. Nam nichil melius ageret lingua nostra. Sed de qua semper loqui non licet, semper eam custodire licet. Sicut nunc quod can

tantum alta. Nunquid semper hoc facimus? Vix unius hore in toto
spacio. sed parua particula cantamus alta. et uacamus ad aliud.
Est autem alta sicut iam nostis. laudate dominum. Qui deum laudat lingua. B.
non semper potest. qui moribus deum laudat semper potest. Opera misericordie.
affectus caritatis. sanctitas pietatis. incorruptio castitatis. mo
destia sobrietatis. semper hec tenenda sunt. siue cum in publico
sumus. siue cum in domo. siue cum ante homines. siue in cubiculo.
siue loquentes. siue tacentes. siue aliquid agentes. siue [uel uacantes] cantan
tes. semper hec tenenda sunt. quia intus sunt omnes iste uirtutes quas no
minaui. Quis autem sufficit omnes nominare? Quasi exercitus est
imperatoris. qui sedet intus in mente tua. Quomodo enim imperator
per exercitum suum agit quod ei placet. sic dominus ihesus christus inci
piens habitare in interiore homine nostro. id est in mente per fi
dem. utitur istis uirtutibus quasi ministris suis. Et per has uirtutes
que uideri oculis non possunt. et tamen quando nominantur laudantur.
non autem laudarentur nisi amarentur. non amarentur nisi uiderentur.
et si utique non amarentur nisi uiderentur. alio oculo uidentur. id est
interiore cordis aspectu. per has uirtutes inuisibiles. mo
uentur membra uisibilia. Pedes ad ambulandum. Sed quo? Quo
mouerit bona uoluntas. que militat bono imperatori.
Manus ad operandum. Sed quid? Quod iusserit caritas. que inspirata
est intus ab spiritu sancto. Membra ergo uidentur cum mouentur. qui iubet
intus non uidetur. Et quis intus iubeat prope ipse solus nouit qui iu
bet. et ille intus cui iubet. Namque fratres audistis cum euangelium le C.
geretur. certe si aurem ibi non tantum corporis sed et cordis habui
stis. quod ait. Cauete facere iusticiam uestram coram hominibus.
ut uideamini ab eis. Nunquid hoc uoluit dicere. ut quecumque
bona facimus abscondamus ab oculis hominum. et timeamus

uideri. Si times spectatores. non habebis imitatores. Debes ergo uideri. sed non ad hoc debes facere ut uidearis. Non ibi debet esse finis gaudii tui. non ibi terminus leticie tue. ut putes te totum fructum consecutum esse boni operis tui. cum uisus fueris atque laudatus. Nichil est hoc. Contempne te cum laudaris. Ille in te laudetur. qui per te operatur. Noli ergo ad laudem tuam operari quod bonum agis. sed ad laudem illius a quo habes ut bonum agas. Abs te habes male agere. a deo habes bene agere. Contra peruersi homines uidete quam preposteri sint. Quod faciunt bene sibi uolunt tribuere. si male faciant. deum uolunt accusare. Conuerte hoc distortum nescio quid et preposterum. fac illud quodammodo capite deorsum. Quod sursum est facias iusum. quod deorsum facias sursum. Iusum uis facere deum. et te sursum. Precipitaris. non eleuaris. Ille enim semper sursum est. Quid ergo. Tu bene. et deus male. Immo hoc dic. si uis uerum dicere. Ego male ille bene. et quando ego bene. ab illo bene. Nam a me quicquid ego male. Ista confessio firmat cor. et facit dilectionis fundamenta. Nam si opera nostra abscondere debemus ne uideantur ab hominibus. ubi est illa sententia domini in eo sermone quem habuit in monte ubi hoc dixit. ubi et illud paulo ante dixit. luceant opera uestra bona coram hominibus. et non ibi cessauit. non ibi finem fecit. sed addidit ut glorificent patrem uestrum qui in celis est. Et paulus quid ait. Eram autem ignotus facie ecclesiis iudee que in christo sunt. Tantum autem audientes erant. quia qui aliquando persequebatur nos. nunc euangelizat fidem quam aliquando uastabat. et in me magnificabant deum. Videte quemadmodum et ipse quia sic innotuit. finem non posuerit in laude sua. sed in laude dei. At quantum ad ipsum pertinet. uastator erat ecclesie. persecutor immundus. malignus. Ipse confitetur. non nos commemoramus. Amat paulus a nobis dici peccata sua. ut glorificetur ille qui talem

moꝛbū sanauit. Magnitudinē enī uulneris magn᷒ medicus secut᷒.
et sanauit. Vox illa de celo ꝓstrauit ꝑsecutoꝛē. et erex̄ p̄dicatoꝛē. ·E·
O ccidit saulū. et uiuificauit paulū. Saul ꝑsecutoꝛ erat scī in
ri. m̄ nom̄ habebat iste qn̄ ꝑseqbat̄ xp̄ianos. Postea de sau
lo fact᷒ ē paulus. Qd̄ ē paulus. Modicus. Ergo qn̄ saulus.
sup̄b᷒ elat᷒. qn̄ paulus. humilis. modicus. Ideo sic loquim̄.
P aulo p᷒ uidebo te. id ē p᷒ modicū. Audi q̄a modic᷒ fact᷒ ē.
E go enī sū minim᷒ aptoꝝ. et in minimo omū scōꝝ dic̄ alio loco.
S ic erat int̄ aptōs. tanquā fimbria uestim̄ti. S; tetigit
ecc̄ta gentiū. tanquā fluxū paciens. et sanata ē. Ergo fr̄s
hoc dixeri. hoc dico. hoc si posse̅ n̄ tacerē. Opa in illa sūt
in uobi. in illa. ꝑ tp̄r. ꝑ horis. ꝑ dieb᷒. Nunqd̄ semꝑ possu
m᷒ loq̄. Nunqd̄ semꝑ tacē. Nunqd̄ semꝑ reficē coꝛp᷒. Nū
qd̄ semꝑ ieiunare. Nunqd̄ semꝑ panē dare egenti. Nūqd̄
sēp nudū uestire. Nunqd̄ semꝑ egrotū uisitare. Nunqd̄
sēp discoꝛdantes concoꝛdare. Nūqd̄ semꝑ moꝛtuos sepeli
re. Modo illud. m̄ illud. Inchoant̄ ista. et cessant. Ille aūt
impatoꝛ nec inchoat̄ nec cessare debet. Caritas int᷒ nūm ·f·
t̄minat̄. officia caritati ꝑ tp̄r exhibeant̄. Caritas g̊ sicut
sēptū ē. fr̄na ꝑmaneat. Foꝛtassis aūt mouit aliqs ut m̄.
ex q̊ ista eplām beati ioh̄is t̄ctam᷒ uobi. qr̄ n̄ cōm̄dauit
maxime n̄ fr̄nā caritatē. Q̊ diligit frēm dic̄. et peceptū
nobis ē datū ut diligam᷒ inuicē. Assidue nobis nomina
uit caritatē fr̄nā. Dei caritatē. id ē q̄ debem᷒ diligē dn̄m.
n̄ tā assidue nominauit. s; tn̄ omino n̄ tacuit. de
inimici ů dilectione ꝓrsus tacuit. Pꝛope ꝑ totā istam
eplām. cū uehem̄ter nobis p̄dicet cōm̄detq; caritatē.
non [illegible]atilu[illegible] nobis dic̄ ut diligam᷒ inimicos. s; dic̄ nobi

ut diligamus fratres. Modo cum euangelium legeretur audiuimus. Si enim
dilexeritis eos qui uos diligunt. quam mercedem habebitis. Nonne
et publicani hoc faciunt. Quid est ergo quod tam magno nobis ad perfec
tionem quandam. fraternam dilectionem commendat iohannes apostolus. dominus autem
G. dicit non nobis sufficere ut diligamus fratres. sed debere nos extendere
ipsam dilectionem. ut perueniamus ad inimicos. Qui usque ad inimi
cos peruenit. non transilit fratres. Necesse est sic ignis prius occupet
(uel longinquiora)
proxima. et sic se in longiora distendat. Propinquior tibi est frater.
quam nescio quis homo. Rursus tibi magis adheret ille quem non
noueras. qui tibi tamen non aduersatur. quam inimicus qui etiam aduersatur. Exten
de dilectionem in proximos. nec uoces illam extensionem. Prope enim
te diligis. qui illos diligis qui tibi adherent. Extende ad incog
nitos. qui tibi nihil mali fecerunt. Transcende et ipsos. peruenias
ut diligas inimicos. Hoc certe dominus iubet. Quare iste tacuit
h. de dilectione inimici. Omnis dilectio. siue quae carnalis dicitur. quae non
dilectio sed magis amor dici solet. dilectionis enim nomen magis
solet in melioribus rebus accipi. in melioribus rebus dici. tamen omnis
dilectio fratres karissimi. utique beniuolentiam quandam habet erga eos qui di
liguntur. Non enim sic debemus diligere homines. aut sic pos
sumus diligere aut amare. hoc enim etiam uerbo usus est dominus cum diceret.
petre amas me. non sic debemus amare homines. quomodo audimus
gulosos dicere. amo turdos. Queres quare. ut occidat eos et
consumat. Et amare se dicit. Ad hoc illos amat ut non sint.
ad hoc amat ut perimat. Et quicquid ad cibandum amamus. ad hoc
amamus ut illud consumatur. et nos reficiamur. Numquid sic a
mandi sunt homines. tamquam consumendi. Sed amicitia quaedam
(uel quaedam beniuolentia)
beniuolentie. ut aliquando praestemus eis quos amamus. Quid si
non sit quod praestemus. Sola beniuolentia suf[illegible] illo q[illegible] fieret

amanti. Non enī optare debem⁹ ēē miseros. ut possim⁹ exercē I.
opa misc̄die. Das panē esurienti. s; meli⁹ nemo esuriret. et
nulli dares. Vesti nudū. utinā omīs uestiti eēnt. et n̄ eēt ista
necessitas. Sepeli mortuū. utinā ueniat aliqn̄ illa uita ubi
nemo moriatur. Concordas litigantes. utinā aliqn̄ sit pax
illa [eterna] hierl̄m. ubi nemo discordat. Hec enī oīa. officia necessi
tatū st̄. Tolle miseros. cessabt̄ opa misc̄die. Opa mīe ces
sabt̄. Numq̇d ardor caritatis extinguitur. Germanum a
mabis felicē hominē. cui n̄ hs q̇d p̄stes. Purior ille a
mor erit. multoq; sincerior. Nā si p̄stiteris misero.
fortassis extollere te cupis aduersus eū. et eū tibi uis eē sub
iectū. qa auctor es tui beneficii. Ille indiguit. tu im
ptit⁹ es. Q̄si maior uideris qa tu p̄stitisti. quā ille cui
p̄stitū ē. Opta equalē. ut ambo sub uno sitis. cui ni
chil p̄stare potes. Nā in hoc excessit modū supbia [t superba]
[anima] antiqua. et q̇dā amara fuit. qa radix omīū maloꝝ .k.
auaritia ē. Et tñ itē dictū ē. Initiū omīs pecci supbia.
Et q̄rim⁹ aliqn̄ q̄m sibi concordant iste due sententie.
radix omīū maloꝝ auaritia ē. et initiū omīs [peccati] supbia.
Si initiū omīs pecci supbia. radix omīū maloꝝ supbia
ē. Certe si radix omīū maloꝝ auaricia ē. inuenim⁹ et
in supbia auariciā eē. Excessit enī modū hō. Qd ē aua
rū eē. pgredi ultra quā suffic̄. Adā supbia cecidit.
Initiū oīs pecci supbia inqt. Numqd auaricia. Qd aua
rī illo. cui ds̄ suffice n̄ potuit. Ergo frs legim⁹ quē ad
modū fact⁹ sit hō ad imaginē et similitudinē dī. Et
q̇d de illo dix̄ ds̄. Et habeat potestatē piscium maris.
et uolatiliū celi. et omniū pecoꝝ q̄ reptant [t repunt] sup t̄rā.

N unq̄d dix̄ d̄s. habeat potestatē hominū. Habeat potestatē
atr. dedit potestatē naturalē. Quorꝫ habeat potestatē. Pis
ciū maris. et uolatiliū celi. et omniū repentiū q̄ repunt sup
trā. Q̄r hec ē naturalis potestas hoīs ī ista. Q̄a ex eo hīt ho
.I. potestatē. ex q̊ fact᷒ ē ad imaginē dī. Ubi aūt fact᷒ ē fact᷒
ē ad imaginē dī. In intellectu. mīte. ī interiore hoīe. in eo
qd̄ intelligit uitatē. & diiudicat iusticiā et iniusticiā.
nouit a q̊ fact᷒ ē. pot intellig̃ creatorē suū. & laudare
creatorē suū. Habet hanc intelligentiā. q̄ hīt prudentiā.
Ideo multi cū p cupiditates malas detererent in se imagi
nē dī. et ipsā q̄dām flāmā intelligentie puersitate morū
extinguerent. clamabat illis scriptā. Nolite fieri sic equus
et mul᷒. q̄b᷒ n̄ ē intellect᷒. Hoc ē dicē. Preposui te equo
et mulo. & te ad imaginē meā feci. potestatē t̄ sup ista
.M. dedi. Quare. Q̄a n̄ hn̄t fere rōnalē mītē. Tu aūt rōnali
mīte capis ueritatē. intelligis qd̄ sup te ē. Subde ei qui
sup te ē. et infra te erit illa q̄b᷒ ꝑpositus es. Q̄a ů p pec
catū hō deseruit eū sub q̊ eē debuit. subdit᷒ ē eis sup
q̄ eē debuit. Intendite q̄d dicā. D̄s. homo. pecora. Ubi
grā. Sup te d̄s. infra te pecora. Agnosce eū q̄ sup te ē.
ut agnoscant te q̄ infra te st̄. Ideoq; cū daniel agnouis
set sup se deū. agnouert eū sup se leones. Si aūt n̄ ag
noscis eū q̄ sup te ē. supiorē contēpnis. subderis inferi
ori. Ꝓptea supbia egyptiorū un̄ domata ē. De ranis et
muscis. Poterat d̄s et leones mittē. S; aliqͥs magit᷒ leone
trend᷒ ē. Q̄nto illi erant supbiores. tanto de reb᷒ cōtēp
.R. tibilib᷒ & abiectis. fracta ē eorū ceruix mala. S; danielē
agnouert leones. q̄a ille subdit᷒ erat deo. Ad martires

qui ad bestias pugnauerunt. et ferarum morsibus laniati sunt. Non
erant subditi deo serui dei tres uiri. et serui dei machabei. .Q.
Agnouit ignis seruos dei. tres uiros quos non ussit. quibus nec uesti
menta corrupit. Non agnouit machabeos? Agnouit et ma
chabeos fratres. agnouit et istos. Sed opus erat quodam flagello. per
mittente domino qui dixit in scriptura. Flagellat omnem filium quem
recipit. Putatis enim fratres quia ferrum insuberaret uiscera
domini nisi ipse permitteret. an hereret in ligno nisi ipse uoluis
set. Non enim agnouit creatura. an exemplum pacientie propo
suit fidelibus suis. Ideo deus quosdam liberauit corporaliter. quos .P.
dam non liberauit uisibiliter. omnes tamen spiritaliter liberauit. Spi
ritaliter neminem deseruit. uisibiliter quosdam uisus est deseruis
se. quosdam uisus est eripuisse. Ideo quosdam eripuit. ne putes
illum non potuisse eripere. Testimonium dedit quia potest. Et ubi
non facit secretiorem intelligas uoluntatem. non suspiceris diffi
cultatem. Sed quid fratres. Cum euaserimus omnes istos mortalitatis la
[ł seculi ł mutabilitas]
queos. cum transierint tempora temptationis. cum seculum hoc decur
rerit. et receperimus illam stolam primam. immortalitatem illam quam pec
cando perdidimus. cum corruptibile hoc induerit incorrup
tionem. id est cum caro ista induerit induerit incorruptionem.
et mortale hoc induerit immortalitatem. iam perfectos filios
dei. ubi non opus est temptari nec flagellari. agnoscet nos omnis crea .Q.
tura. subdita nobis erunt omnia. si nos sic simus subditi deo. Sic
ergo debet christianus esse. ut non glorietur super alios homines. Dedit
enim tibi deus esse super bestias. id est meliorem esse quam bestiam. Hoc
naturale habes. Semper melior eris quam bestia. Si uis me
lior esse quam alter homo. inuidebis ei quando tibi esse uidebis e
qualem. Debes uelle omnes homines equales tibi. Et si uiceris ali

quē p prudentiā. optare debes ut sit et ipse prudens.
Quandiu tard' ē. discit á te. Quandiu indoct' ē indiget te.
et tu uideris doctor. ille aut̄ discens. Tu g̃ superior qa doc
tor es. ille inferior qa discens. Nisi illū optes eq̄lē. sēp
uis habē discentē. Si aut̄ semp uis habē discentē. inuid'
eris doctor. Si inuid' doctor. qm̄ eris doctor. Rogo te
noli docere ipsā inuidentiā tuā. Audi aplm̄ dicentē de
uisceribus caritatis. Vellē oms homines eē sic meipsū. Quo
m̄ uolebat os eq̄les. Jdo erat oib' superior. qa caritate op
tabat os eq̄les. Excessit g̃ modū homo. dū auarior uo
luit eē ut sup homines eēt. q sup pecora fact' ē. Et ipsa ē
R. supbia. Et uidete qnta opa faciat supbia. Ponite ī cor
de quā similia faciat. et qsi paria caritatis. Pascit esu
rientē caritas. pascit et supbia. Caritas ut ds laudet.
supbia ut ipsa laudet. Vestit nudū caritas. uestit et
supbia. Jeiunat caritas. ieiunat et supbia. Sepelit mor
tuū caritas. sepelit et supbia. Oīa bona opa q̄ uult facē
caritas et facit. cogitat [agitat enim] contra supbia. et qsi ducit eqs suos.
S; interior caritas tollit locū male agitate supbie. n̄ male a
gitanti. s; male agitate. Ve homini. cui auriga supbia ē. Ne
cesse ē eni ut pceps eat. Vt aut n̄ sit supbia q̄ agitat facta
bona qs nouit. qs uidet. ubi ē hoc. Opa uidem'. Pascit mi
sedia. pasc̄ et supbia. Hospitē suscipit misedia. hospitē
suscipit supbia. Intercedit p paupe misedia. intercedit et
supbia. Quid ē hoc. In opib' n̄ discernim'. Audeo aliqd
dicere. s; n̄ ego. Paul' dicit. Moritur caritas. id ē homo ha
bens caritatē. confitetur nom̄ x̄. ducit martiriū. Confi
tetur et supbia. ducit martiriū. Ille habet caritatē. ille

autē n̄ h̄t caritatē. S; audiat ab aplō ille q̄ n̄ h̄t caritatē. Si
distribuero om̄ia mea paupib⁹. et si tradidero corp⁹ meū ut
ardeā. caritatē aūt n̄ habuero. nichil m̄ pdest. Ergo sc̄ptā
diuina intro nos reuocat a iactatione hui⁹ faciei forinsec⁹.
et ab ista supficie q̄ iactat̄ an̄ homines. reuocat nos intro.
Redi ad conscientiā tuā. ipsā interroga. Noli attendere qđ
floret foris. s; que radix ē in terra. Radicata ē cupiditas.
spes pōt ee bonoꝝ factoꝝ. uere bona opa ee n̄ possunt.
Radicata ē caritas. securus esto. nichil mali pcedere pōt.
Blandit̄ supbia. seuit amor. Illa uestit. ille cedit. Illa e
nī uestit ut placeat hoīb⁹. ille cedit ut corrigat discipli
na. Accipit̄ magis plaga caritatis. quā elemosina sup
bie. Redite g̊ intro frs. et in oīb⁹ qcūq; facitis intue S.
mini testē deū. Videte si ille uidet q̊ animo faciatis.
Si cor urm̄ n̄ uos accusat q̄a iactantie causa facitis. bene
securi estote. Nolite aūt timere qn̄ facitis bene. ne ui
deat alt̄. Time ne ppt̄ea facias ut tu lauderis. nā uideat
alt̄ ut ds laudet̄. Si enī abscondis ab oclis hoīs. abscon
dis ab imitatione hominis. Duo st̄ i qb⁹ elemosinā facis.
Duo esuriunt. un⁹ panē. alt̄ iusticiā. Int̄ duos istos famelicos
q̄a dictū ē. beati q̄ esuriunt et sitiunt iusticiā. qm̄ ipsi
saturabunt̄. int̄ duos istos famelicos bon⁹ opator constitu
t⁹ ē. Si caritas de illo opat̄ [ar]. ambos [t ambob⁹ miseret̄] miseratur. ambobus
uult subuenire. Ille enī q̄rit qđ [t un⁹ famet̄] manducet. iste [t ille] q̄rit qđ
imitet̄. Pascis istū. pbe te isti. ambob⁹ dedisti elemosinā.
Illū fecisti gratulatorē de fame infecta. hc̄ fecisti imita
torē de exēplo pposito. Misereminı g̊ tanquā misericdes. T.
q̄a in eo etiā qđ diligitis inimicos. frs diligitis. Ne pute

tis iohannem nichil de dilectione inimici precepisse. quia de fraterna
caritate non tacuit. Fratres diligitis. Quomodo inquis fratres diligimus? Quero
quare diligas inimicum. Quare illum diligis? Ut sanus sit in hac uita.
Quid si illi non expedit? Ut diues sit. Quid si ipsis diuitiis exce
cabitur? Ut uxorem ducat. Quid si amaram uitam inde patietur? Ut
filios habeat. Quid si mali erunt? Incerta sunt ergo ista. que uideris
optare inimico tuo quia diligis eum. incerta sunt. Opta illi
ut habeat tecum uitam eternam. opta illi ut sit frater tuus. Si ergo
hoc optas diligendo inimicum ut sit frater tuus. cum eum diligis
fratrem diligis. Non enim amas in illo quod est. sed quod uis ut sit.
Dixeram aliquando caritati uestre ni fallor. Robur est lignum positum ante
oculos. Faber optimus uidet lignum non dolatum de silua percisum.
adamauit. nescio quid inde uult facere. Non enim ad hoc amauit.
ut semper sic maneat. In arte uidit quod futurum est. non in amore
·V· quod est. et amauit quod inde facturus est. non illud quod est. Sic nos et deus
amauit peccatores. Nam dicimus quia deus amauit peccatores. Ait enim.
Non est opus sanis medicus. sed male habentibus. Numquid ad hoc a
mauit peccatores. ut peccatores remanerent? Quasi lignum de
silua uidit nos faber. et cogitauit edificium quod inde facturus est.
non siluam quod erat. Sic et tu respicis inimicum tuum aduersantem seui
entem. mordentem uerbis. exasperantem contumeliis. insectantem odiis.
attendis ibi quia homo est. Uides omnia ista que aduersa sunt ab homine facta.
et uides in illo quod a deo factus est. Quod autem homo factus est. a deo factus est.
quod inuidet ipse fecit. quod autem te odit ille fecit. Et quid dicis in animo
tuo? Domine propicius illi esto. dimitte illi peccata. incute illi terro
rem. muta illum. Non amas in illo quod est. sed quod uis ut sit. Ergo
cum inimicum amas. fratrem amas. Quapropter perfecta dilectio est in
dilectione inimici. quia perfecta dilectio est in dilectione fraterna.

Et nemo dicat quia aliquid minus nos monuit iohannes apostolus. et plus x.
nos monuit dominus christus. Iohannes nos monuit ut diligamus fratres.
christus nos monuit ut etiam inimicos diligamus. Attende quare te
monuit christus. ut diligas inimicos. Numquid semper ut remaneant
inimici. Si ad hoc te monuit ut inimici remaneant. odi
sti non diligis. Attende quomodo ipse dilexit. id est quia nolebat ut
sic remanerent persecutores. ait. Pater ignosce illis. quia nesciunt
quid faciunt. Quibus voluit ignosci. mutari illos voluit. Quos uo
luit mutari. ex inimicis fratres facere dignatus est. et uere
sic fecit. Occisus est. sepultus est. resurrexit. in celum ascendit.
Spiritum sanctum misit discipulis. coepit (t coeperunt cum) in fiducia predicari (t re) nomen ipsius.
miracula faciebant in nomine crucifixi occisi. Viderunt illi
interfectores domini. et quem sanguinem seuiendo fuderant. cre
dendo biberunt. Hec dixi fratres. et longius quidem. tamen quia uehemen
tius commendanda fuit caritati uestre ipsa caritas. id est commendan
da sic erat. Si enim caritas nulla est in uobis. nichil diximus.
Si autem est in uobis. tanquam oleum in flammam adiecimus. et quod non
erat forte uerbis accensus (t accensa) est. In alio creuit quod erat. in alio
cepit esse quod non erat. Ad hoc ergo ista diximus. ne pigri sitis di
ligere inimicos. Seuit in te homo. Ille seuit. tu deprecare. ille
odit. tu miserere. Febris anime ipsius te odit. sanus erit. et
gratias tibi aget. Quomodo medici diligunt egrotos. Numquid egrotos
diligunt. Si egrotos diligunt. uolunt ut semper egrotent. Ad hoc
diligunt egrotos. ne egroti remaneant. sed ut ex egris sani fiant.
Et quanta plerumque patiuntur a freneticis. quales contumelias
uerborum. plerumque et percutiuntur. Persequitur ille febrem. et ignos
cit homini. Et quid dicam fratres. amat inimicum suum. Immo o xi.
dit inimicum suum. Morbum enim ipsius odit. et amat hominem

a quo ꝑcutit᷑. Odit febrē. A qͦ enī ꝑcutit᷑? a morbo. ab egrotati
one. a febre. Illud tollit q̄d illi adūsat᷑. ut remaneat illud unde
gratulet᷑. Sic et tu. Si odit te inimic᷒ tuus et iniuste odit.
nouit q̄a cupiditas sc̄li in illo regnat. ꝓpterea te odit. Si
odisti illū. et tu cont᷑ reddis malū p malo. Q̄d fac̄ redde̅ ma
lū p malo. Unū egrū flebā q̄ te oderat. iā duos plango. si et
tu odisti. S; ꝑsequit᷑ q̄s re̅ tuā. tollit t̄ nescio q̄q; h̄s ī t̄ra.
Ideo illū odisti. q̄a angustias t̄ fac̄ ī t̄ra. Noli pati angusti
as. migra ī celū. sursū cor ibi habebis. ū latitudo ē. ut nul
las angustias patiaris in spe uite et̄ne. Attende que tibi
tollit. Nec illa t̄ tolle̅t. n̄ ipse ꝑmitteret q̄ flagellat omne̅
filiū que̅ recipit. Quodāmͦ ferramētū dī ē q̄ sauerit. ipse i
nimic᷒ tuus. Si nouit d̄s utile t̄ ee̅ ut expoliet te. ꝑmit
tit illū. Si nouit t̄ utile ee̅ ut uapules. ꝑmittit ille ut
cedaris. De illo te curat. opta ut et ille sanet᷑. Deū nemo
3. uidit unquā. Videte dilectissimi. Si diligam᷒ inuice̅. d̄s
ī nobis manebit. et dilectio ei᷒ erit ꝑfecta in nobis. Incipe
diligere. ꝑficieris. Cepisti diligere. cepit in te d̄s habita
re. Ama illū q̄ in te cepit habitare. ut ꝑfecti᷒ inhabitando
faciat te ꝑfectū. In hoc cognoscim᷒ q̄a in ipso manem᷒. et
ipse in nobis. q̄a de sp̄u suo dedit nobis. Bene. Deo gr̄as. Cog
noscim᷒ q̄a habitat in nobis. Et hoc ipsū un̄ cognoscim᷒? Q̄a
cognouim᷒ q̄a habitat in nobis. q̄a hoc ipse iohēs dixit. q̄a
de sp̄u suo dedit nobis. Un̄ scim᷒ q̄a de sp̄u suo dedit nobis.
Hoc ipsū q̄a de sp̄u suo dedit t̄. un̄ cognoscis. Int̄roga uisce
ra tua. Si plena s̄t caritate. h̄s sp̄m dī. Un̄ cognoscim᷒ q̄
inde cognoscis habitare in te sp̄m dī. Paulū int̄roga ap̄lm.
Q̄m caritas dī diffusa ē in cordib᷒ nr̄is. p sp̄m sc̄m q̄ dat᷒ est

Desideratur hic finis hujusce octavi Sermonis seu Tractatus in caput quartum Epistolæ s̄cti Joan. Ap̄ti et Evangelistæ. deest nempe ultima columna; desunt quoque duo postremi Tractatus scilicet nonus & decimus

D. August.
Sermones